



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

52. Tria capita in Abbatia Gladbach.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(a) Decreto Triadis successit tertia Cultrix,
Odilia augustæ ter Veneranda, Crucis.
(a) Vide supra Symb. 47. & 46. additiones.

SYMBOLUM 51.

Tres Abbates sanctitate conspicui in celeberrimâ ne perantiquâ
S. VITI Abbatia Gladbach / Dioc: Colon: scilicet. S.
SANDRARDUS primus Abbas post deflagrationem. S. FOL-
BERTUS ordine quartus, & S. WOLPHELMUS septi-
mus. Ad modernum D. Brunonem Charmans 40. Abba-
tem disciplinæ Regularis observantissimum.

(a) SANDRARDUM docuit Lux Cœlica figere Templum,
Extorremque cruces livida lingua pati.
(b) FOLBERTO vigilans Cordi custodia linguae,
Et pia Jessæ Cantica Regis, erant.
Plurima (c) WOLPHELMUM decorat cum stemmate virtus:
Ductores ad Triadem tramite Bruno, pari.

(a) Usuardus in Martyrologio, nono kalend. Sept. (b) Surius in vita S. Heriberti circa
26. Martij. (c) Surius in vita ejus circa 22. Aprilis.

SYMBOLUM 52.

In eodem Cœnobia Tria Capita scil: S. LAURENTII Marty-
ris, S. VITI Martyris et Patroni. S. CHRISTINÆ Vir-
ginis & Martyris affervantur.

L AURENTI Caput (a) immotum, mirabile dictu!
Thuricremis VITI fumat in æde focis.
CHRISTINÆ VITIQUE caput, fausto omne terna:
Tres puto gentilis torruit hosce furor.

Alte

Alter ut Elias (Divum flammescis ab igne)

Ad Triadem ignitis BRUNO vehere rotis.

(a) Nota Caput Sancti Laurentii, ut Corpori in Hispaniam quiescenti uniretur, maximis instantijs & presentationibus munificientissimis petatum; non est passa SSS. Trinitas a loco disto dimoveri, ut patet in Origin. Monasterij. (b) Vicetus modernus Abbas gerit in geniliis bigam, duabus rotis totidemque aliis instructam.

S Y M B O L U M 53.

Item ibidem tria Brachia, nimirum S. Andreæ Apostoli, S. Stephani Protomartyris, ac S. Benedicti Abbatis asserta.

UT quæ dein secura forent pia Claustra Patroni,
Addita sunt Divum Brachia terna virum.

A N D R E A E, S T E P H A N I Q U E manent defensa Lacertis,
Tuta novem sæclis stant **B E N E D I C T E**, Tuo.

Hoc Trias ostentum Triplex venerabile, thuris!
Gladbachi æternum sanxit honore coli.

Nota. Primam fundationem factam anno Christi 797. a Balderico quodam Comite ex Regni Francie Primoribus regio sanguine nato, & Hyttâ Uxore ejus, tempore Caroli Magni, quando etiam Basilica Aquisgranensis ab eodem fuit extorta & postea per Leonem ejus nominis primum Pontificem dedicata ita in Hisp: & Arch. D. Abbacie.

S Y M B O L U M 54.

Tres globuli carnei

**B. Claræ de Monte Falco in Italiam juxta Assiūm Ordinis
S. Augustini.**

TRes globulos, toti Trias ut claresceret orbi,
E clarâ Claræ carne Spoleta videt.
Quemlibet esse pari distinctum pondere constat,
Pondus idem bini, quod globus unus, habent.

V

Sive